



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLIV. Peter, Erzbischof zu Magdeburg, tritt dem Kloster Hillersleben einen Hof mit sechs Hufen zu Wantsleben ab, am 25. Januar 1378.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XLIV. Peter, Erzbischof zu Magdeburg, tritt dem Kloster Hillersleben einen Hof mit sechs Hufen zu Wautsleben ab, am 25. Januar 1378.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos petrus, Dei et apostolice sedis gracia sancte magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Notum facimus vniuersis, quod nos ob reuerenciam dei et gloriosi martyris sancti laurencii vnam nostre ecclesie magdeburgensis curiam cum sex mansis infra opidum et campos wantfleue nostre diocesis sitos (sic!) venerabili abbati et religiosi viris, videlicet conuentui monasterii sancti laurencii ordinis sancti Benedicti in hillefleue diocesis halberstadenfis, misericordia et pietate moti, de expresse et libero assensu pariter et assensu tocius capituli nostre ecclesie predictae dedimus, contulimus, donauimus et appropriauimus, et presentibus damus, conferimus, donamus et appropriamus perpetuis temporibus pleno iure possidendos pro eo, quod predictum monasterium in hillefleue, olim a nostris predecessoribus incastellatum, multimodis dampnis vastacionibus sit oppressum, jta ut multis temporum processibus vix instaurari aut reformari poterit quouis modo, tum pro eo eciam, quod predictum monasterium, a nostris predecessoribus fundatum et largifluis donacionibus adornatum, cordis amaritudine cernimus opibus et victu exterminatum. In quorum omnium et singulorum euidentis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, et nos hermannus de werberge, prepositus, borchardus de brunne, decanus, totumque capitulum ecclesie magdeburgensis predictae recognoscimus publice per presentes, quod donacioni, collacioni et appropriacioni, nec non omnibus et singulis supra scriptis consensimus et per presentes consentimus. In cuius euidentiam Sigillum nostri capituli una cum sigillo reuerendissimi patris in Christo et domini nostri domini Petri, ecclesie Magdeburgensis Archiepiscopi memorati, presentibus est appensum. Datum et actum magdeburg, Anno natiuitatis domini M^o. CCC^o. LXXVIII^o. Ipso die conuersionis sancti pauli apostoli gloriosi.

Cap. II, fol. 7.

LXV. Abt Johann von Hillersdorf verkauft Heubungen zur Bewidmung eines Altars in der Klosterkirche, den 7. Januar 1385.

Wie Jacob, van der gnade godes Abbet des Closters to hillefleue, dyderik, prior vnde de gantze conuent gemenlyken, Bekennen vnde betugen in dussen opene breue vor alle den, de one vornemen, Dat wie met eyndrechticheyt vnde met gantzen willen vnser capittels hebben vorkofft Den vorrichtigen luden heinen vincken vnde fricken sinen sonen, burgheren to haldiffleue, ander haluen wispel roggen jarlyker gulde. Dusse gulde hebben sy myt vnsem rade vnde myt vnsem willen gelecht to sunte katherinen altare in vnsem goddefhuse tho Hilleffleue. Denfuluen alter hebbe wi dorch orer bede willen ghelegen heren Andreas drakenfede vnsem Closterbrodere, vnde he, oder wenne wi dar mede belegen, oft he nicht en were, scal drie in der weken myssen dar to holden, Des mandages eyne selemiffen, Des donredages van deme li-